

qualis foret: ad vos confugi, P. C. quibus, quod mihi
 miserrimum est, cogor prius oneri, quam usui esse. Ceteri
 reges, aut bello victi in amicitiam a vobis recepti sunt,
 aut in suis dubiis rebus societatem vestram appetiverunt.
 Familia nostra cum populo R. bello C^rthaginensi amicitiam
 instituit, quo tempore magis filii ejus, quam fortunati petenda
 erat. Quorum progeniem vos, P. C. nolite pati, me, nepotem
 Masinissae, frustra a vobis auxilium petere. Si a I impetrandum
 nihil caussae haberem, praeter miserandam fortunam, quod
 paulo ante rex, genere, fama atque copiis potens, nunc
 deformatus aerumnis, inops, alienas opes exspecto: tamen
 erat majestatis populi Romani, prohibere injuriam, neque
 pati, cuiusquam regnum per scelus crescere. Verum ego
 iis finibus ejectus sum, quos majoribus meis populus Romanus
 dedit: unde pater et avus meus una vobiscum expulere
 Syphacem et Carthaginenses. Vestra beneficia mihi erpta
 sunt, P. C. vos in mea injuria despecti estis. Eheu me
 miserum! Haccine, Micipsa pater, beneficia tua evasere,
 uti, quem tu parem cum liberis tuis regnique participantem
 fecisti, is potissimum stirpis tuae extinctor sit? Nunquamne
 ergo familia nostra quieta erit? semperne in sanguine, ferris,
 fuga versabimur? Dum Carthaginenses incolumes fuere, jure
 omnia serva patiebamur. Hostes ab latere: vos, amici,
 procul: spes omnis in armis erat. Postquam illa pestis ex
 Africa ejecta est, laeti pacem agitabamus: quippe quis
 hostis? Nullus, nisi forte, quem vos jussissetis. Ecce autem
 ex improviso Jugurtha, intolerantia audacia, scelerare atque
 superbia sese efferebas, fratre meo, atque eadem propinquuo
 suo, intersecto, primum regnum eius, sceleris sui praelam
 fecit: post, ubi me iisdem dolis nequit capere, nihil minus,
 quam vim aut bellum exspectantem, in imperio vestro,
 (secuti violetis) extorrem patrii, domo, inopem et cooperatum
 miseriis effecit, ut ubivis tutius, quam in meo regno essem.
 Ego sic existimabam, P. C. uti praedicantem audiveram